

- CAP. XII. Quibusdam effugiis rationis factæ occurrunt. 453
- CAP. XIII. Objectionibus contra discursum factum satisfi. 456
- CAP. XIV. Utrum possibile sit auxilium efficax physice prædeterminans voluntatem in actu primo, salvo libero usu ejusdem voluntatis in eodem actu secundo, ac subinde an libertas quoad exercitium in actu voluntatis simul possit cum auxilio physice et in actu primo prædeterminante voluntatem concordari? 457
- CAP. XV. In humana voluntate non posse simul esse auxilium ex se ac physice illam prædeterminans, cum potestate resistendi eidem auxilio. 462
- CAP. XVI. Auxilium si sit efficax ac physice prædeterminans, non posse a libero usu pendere, sed necessitatem antecedentem inducere. 465
- CAP. XVII. Vis superioris discursus alio modo manifestatur, et argumentis satisfi. 469
- CAP. XVIII. Utrum concursus Dei simulaneus ex se prædeterminet voluntatem ad consensum? 474
- CAP. XIX. Utrum concursus simulaneus, ut est a voluntate Dei, semper ac necessario habeat vim prædeterminandi physice voluntatem? 482
- CAP. XX. Utrum auxilium efficax prædeterminans physice voluntatem, influendo immediate in actum ejus liberum, possibile sit? 487
- CAP. XXI. Quid addat auxilium efficax auxilio præveniendi sufficienti, seu vocatio efficax generali ac sufficienti vocationi, et an per congruitatem vocationis hoc sufficienter explicetur? 497
- CAP. XXII. Duabus objectionibus contra superiorem doctrinam satisfi. 500
- CAP. XXIII. Satisfi alteri objectioni, et a variis incommodis doctrina data vindicatur? 504
- CAP. XXIV. Concluditur vera concordia libertatis auxilii cum efficaci auxilio, ejusque necessitate in gratiæ operibus. 510
- CAP. XXV. Aliis objectionibus contra superiorem concordiam ab incommodis desumptis satisfi. 516
- CAP. XXVI. Doctrina data de auxilio efficaci et concordia ejus cum libero arbitrio, verbis Christi, Matth. 11, comprobatur. 526
- CAP. XXVII. Eadem doctrina aliis Scripturæ locis ad bonum usum gratiæ exhortantibus suadet. 530
- CAP. XXVIII. Alia Scripturæ testimonia contra physicam prædeterminationem expenduntur. 535
- CAP. XXIX. An loca Scripturæ quæ dependentiam liberi arbitrii a voluntate et omnipotentia divina testantur, physicam prædeterminationem ostendant? 537
- CAP. XXX. An Scriptura dicat Deum dare nobis velle propter physicam prædeterminationem? 541
- CAP. XXXI. An soli Deo tribuantur in Scriptura opera pietatis propter physicam prædeterminationem? 544
- CAP. XXXII. An Deus faciat ut velimus et faciamus, per physicam prædeterminationem, aut efficietiam? 547
- CAP. XXXIII. Ex capite quinto et canone quarto sessionis 6 Concilii Tridentini, veritas confirmatur, et quædam evasio refellitur. 553
- CAP. XXXIV. Alteri evasioni occurritur. 556
- CAP. XXXV. Ad fundamenta contrariæ interpretationis respondetur. 562
- CAP. XXXVI. Ex aliis locis ejusdem Concilii Tridentini eadem veritas confirmatur, et aliis objectionibus occurritur. 565
- CAP. XXXVII. Expenduntur canones quatuor Concilii Milevitani et Arausicani, et an Deus expectet hominis voluntatem exponitur. 570
- CAP. XXXVIII. Expenduntur canones quintus et vigesimus-quintus Concilii Arausicani, et an initium bonæ operationis sit, vel non sit a libero arbitrio, declaratur. 578
- CAP. XXXIX. Quid alia Concilia vel Pontifices Summi de gratia efficaci senserint? 581
- CAP. XL. Ex Patribus Augustino antiquioribus physica prædeterminatio refellitur, et vocatio congrua comprobatur. 588
- CAP. XLI. Antiquos Patres nihil pro physica prædeterminatione nobis tradidisse. 596
- CAP. XLII. Augustinum in vocatione congrua, sine physica prædeterminatione, efficacem præveniensem gratiam constituisse. 600
- CAP. XLIII. Utrum Augustinus physice prædeterminationi aliquando saveat? 609
- CAP. XLIV. Quid, post Augustinum, Patres Latini de Gratia efficaci senserint? 614
- CAP. XLV. Quid divus Thomas de hac controversia, seu de auxilio gratiæ efficaci senserint? 622
- CAP. XLVI. Quid alii antiqui Scholastici in hac controversia senserint? 627
- CAP. XLVII. Quid moderni scriptores de hac controversia senserint? 633
- CAP. XLVIII. Tractatur quæstio appendix, an auxilium sufficiens et efficax possint esse æqualia in duobus hominibus, quorum unus consentit vocationi, et non alter. 650
- CAP. XLIX. Dubium appendix de concordia gratiæ efficaci cum gratuita et efficaci electione ac prædeterminatione salvandorum omnium, et cum divina providentia ac prædefinitione actuum liberorum humanæ voluntatis. 664
- CAP. L. Appendix de prædefinitionibus, cum aliarum objectionum responsione. 674



## INDEX CAPITUM LIBRI TERTII

DE AUXILIIS GRATIÆ IN GENERALI, PROUT IN DIVINA ACTIONE, VEL MOTIONE CONSISTUNT.

- CAP. I. Quid sit, et quotuplex internum gratiæ auxilium. seu eorum per quos vocatur, pendere possit.
- CAP. II. Utrum auxilium excitans, sit primum in ordine gratiæ sanctificantis adultorum. CAP. XII. Quomodo supernaturalis vocatio ab actibus eorum qui vocantur pendere possit.
- CAP. III. Utrum gratia excitans sit actus vitalis hominis. CAP. XIII. Utrum præter excitantem gratiam sit necessaria gratia adjuvans ab illa distincta.
- CAP. IV. Aliis fundamentis primæ sententiæ satisfi, et quod sit principium proximum efficiens gratiæ excitantis inquiritur. CAP. XIV. An gratia adjuvans sit actio vel principium actionis, et quæ sit ejus necessitas.
- CAP. V. Utrum motus gratiæ excitantis sint indeliberati, ita ut ex necessitate, non libertate fiant. CAP. XV. Divisio auxilii moraliter vel physice adjuvantis exponitur.
- CAP. VI. Utrum gratia excitans in intellectu sit, et quæ sit necessitas vel munus ejus. CAP. XVI. Quibus modis differat actualis influxus gratiæ adjuvantis, ab excitante gratia.
- CAP. VII. Utrum gratia excitans in voluntate sit, et quæ sit necessitas vel munus ejus. CAP. XVII. Utrum gratia excitans sit principium physice adjuvans, præsertim ubi habitus infusus deest.
- CAP. VIII. Utrum gratia excitans sit necessaria solum ante fidem et alios habitus infusos, vel etiam post illos. CAP. XVIII. Utrum in homine libere ac supernaturaliter operante sine habitu, principium adjuvans ad talem actum supernaturalem eliciendum, sit aliquid creatum animæ infusum.
- CAP. IX. Duo incidenter dubia de necessitate excitantis gratiæ, tam in natura lapsa quam integra, expediuntur. CAP. XIX. Solum Spiritum Sanctum immediate adjuvare voluntatem ut principale principium, proxime et physice faciens supernaturalem actum quando sine habitu elicitur.
- CAP. X. Utrum motus gratiæ excitantis sint in sua entitate supernaturales. CAP. XX. Quid sint gratia operans et cooperans, et quomodo ad excitantem et adjuvantem comparentur.

- CAP. XXI. *Objectionibus occurritur, et variæ sententiæ de operante et cooperante gratia attinguntur.*
- CAP. XXII. *Augustini sententia de gratia operante et cooperante amplius examinatur.*
- CAP. XXIII. *Quid sit gratia præveniens, comitans et subsequens, et quomodo ad excitantem et adjuvantem comparentur.*
- CAP. XXIV. *Quomodo gratia præveniens, comitans et subsequens, ad operantem et cooperantem gratiam comparentur.*
- CAP. XXV. *Utrum concursus Dei, ut primæ causæ, ad supernaturales actus auxilium supernaturale sit.*
- CAP. XXVI. *Corollaria nonnulla, quæ ex doctrina superioris capituli inferuntur.*
- CAP. XXVII. *Utrum causa prima et secunda, ut partiales causæ ad eundem effectum concurrant.*
- CAP. XXVIII. *An Deus etiam in ordine gratiæ, per concursum simultaneum, influat in effectum et actionem causæ secundæ immediate immediatione virtutis et suppositi.*
- CAP. XXIX. *Utrum præter simultaneum concursum gratiæ, qui est in actum voluntatis vel intellectus, sit necessarius alius præuius in potentia receptus, et a motibus excitantis distinctus, referturque prima sententia cum suis fundamentis.*
- CAP. XXX. *Quid sit concursus præuius, et quod munus ejus, ob quod necessarium esse creditur.*
- CAP. XXXI. *Quomodo præuius concursus a potentia in qua recipitur, et ab ejus actione distinguatur.*
- CAP. XXXII. *An præuius concursus sit qualitas, vel in quo prædicamento sit.*
- CAP. XXXIII. *Utrum concursus præuius constituat causam secundam in actu primo, vel compleat virtutem ejus ad agendum.*
- CAP. XXXIV. *Utrum concursus præuius sit separabilis a simultaneo, seu ab actione causæ secundæ, et e converso.*
- CAP. XXXV. *Proponitur altera sententia, quæ docet generalem concursum Dei esse influxum in effectum, et imbitum in actione causæ secundæ: influxum autem in causa per se et ex vi generalis concursus necessarium non esse.*
- CAP. XXXVI. *Influxum præuium primæ causæ in secundam non esse per se necessarium ad actiones proprias naturalium agentium.*
- CAP. XXXVII. *Quid Patres et philosophi de necessitate præuii concursus quoad causas naturales senserint.*
- CAP. XXXVIII. *Quid de concursu prævio in causis secundis naturalibus divus Thomas senserit.*
- CAP. XXXIX. *Quid Aristoteles vel antiqui philosophi de necessitate concursus præuii in causis secundis naturaliter agentibus senserint.*
- CAP. XL. *Solvendo rationes assertioni nostræ contrarias, eadem veritas amplius confirmatur.*
- CAP. XLI. *Ex vi generalis concursus non esse necessariam præuiam motionem in voluntate, moraliter determinantem illam ut liberos actus eliciat.*
- CAP. XLII. *Præuium concursum physice prædeterminantem non esse voluntati liberæ necessarium, ut aliquid determinate velit.*

- CAP. XLIII. *Doctrina superioris capituli ex Scriptura et Conciliis colligitur auctoritate Scripturæ et Patrum confirmatur.*
- CAP. XLIV. *Auctoritate D. Thomæ et aliquorum posteriorum Theologorum eadem doctrina confirmatur.*
- CAP. XLV. *Ex concursu Dei ad actus qui sunt peccata, peculiari ratione superior doctrina comprobatur.*
- CAP. XLVI. *Deducendo ad varia incommoda, eadem doctrina comprobatur.*
- CAP. XLVII. *Sententia superioris capituli ex Scriptura et Conciliis colligitur.*
- CAP. XLVIII. *Ex Patribus eadem doctrina confirmatur.*
- CAP. XLIX. *Quid de concursu prævio ac prædeterminante ad actum peccati divus Thomas senserit.*
- CAP. L. *Fundamenti contrariæ sententiæ satisfacit.*
- CAP. LI. *Ad actus supernaturales necessarium non esse auxilium præuium per modum concursus, sed simultaneum sufficere.*

## LIBER TERTIUS.

## DE AUXILIIS GRATIÆ

IN GENERALI, PROUT IN DIVINA ACTIONE VEL MOTIONE CONSISTUNT.

## PRÆLUDIUM.

1. *Partitio totius operis de gratia.* — Uniuersam gratiæ amplitudinem in duo principalia membra in superioribus divisimus, actualement et habitualement, cum D. Thoma 1. 2, q. 110, artic. 2, nam donum animæ inditum, si in ea sine actuali operatione permanere possit, sub habituali gratia comprehenditur; si vero vel operatio animi sit, vel cum ea tantum duret, actualis gratia vocatur. Et de habituali quidem in posteriori parte principali hujus operis dicturi sumus. Actualement vero, de qua in priori parte dicere proposuimus, in duo membra subdistinguiamus, scilicet, in humanam ac moralem operationem supernaturalem, seu gratuitam, de qua in duobus præcedentibus libris dictum est; et motionem, seu auxilium quod propter actus perfectos efficiendos diuinitus præstatur.

2. *Præmittitur necessitas gratiæ actualis, de qua in tribus sequentibus libris agendum est.* — Quod autem talia auxilia nobis necessaria sint, satis monstratum est. Illa vero ad actuales gratias pertinere facile patet, quia sunt dona humanæ naturæ non debita, quibus Deus actu movet et iuvat hominem ad recte et fructuose in ordine ad supernaturalem finem operandum, et non permanent in homine nisi quando aliquam mentis operationem actu exercet, et ita de his gratiis evidenter loquuntur Concilia; et Patres passim divinam illuminationem, inspirationem, internam doctrinam, vel motionem requirunt. Et simili modo, cum Concilium Tridentinum, sessione sexta, cap. 40, 43 et 46, præter habitus gratiæ postulet in iustis divinum auxilium ad proficiendum in gratia, et ad perseverandum in illa, et ad merendum apud Deum, aperte docet, præter habitualement, esse nobis necessariam gratiam actualement. Ratio etiam est evidens, quia nulla virtus creata potest operari sine motione actuali Dei; unde si supernaturalia opera sine habitibus operamur, ibi maxime necessaria

est actualis gratia Dei : si autem per habitus operamur, ipsimet habitus, cum sint virtutis activæ creatæ, indigent actuali influxu Dei. Est ergo talis gratia actualis omnino necessaria, et hanc significare solemus nomine auxiliorum gratiæ, de quibus in hoc loco dicere aggredimur.

3. *Divisio gratiæ actualis in auxilium ad actus gratiæ gratis datæ, et ad actus gratiæ sanctificantis.* — Hoc autem auxilium gratiæ actualis, si de illo in tota sua generalitate loquamur, tam ad actus sanctificantis gratiæ quam ad actus gratiæ gratis datæ necessarium est; imo hæc gratiæ, quæ gratis datæ dicuntur, ordinariæ non per habitus, sed per auxilia actualia dantur, ut de Prophetia docuit divus Thomas secunda secundæ, quæst. 171, articulo secundo, et de operatione miraculorum, quæst. 178, articulo primo ad primam; idemque est de discretione spirituum, quæ est veluti species quædam prophetiæ, ut idem divus Thomas sensit prima secundæ, questione tertia, articulo quarto; et fortasse idem est de aliis gratiis gratis datis, quas Paulus annumerat 1 Cor. 12, ut sensit D. Thomas, 3 contra gent., capit. 154, in fine, et diximus latius in tractat. de Fide, propter quam vel propagandam vel illustrandam illæ gratiæ præcipue conferuntur. In præsentibus ergo de his auxiliis tractamus, quæ ad actus quibus sanctificamur conferuntur, quia, ut in tertio Prolegomeno dixi, de gratiis gratis datis in particulari non disserimus, quamvis, intellectis et explicatis auxiliis gratiæ sanctificantis, facillimum sit eandem doctrinam ad actus eujuscumque gratiæ applicare; ad eos præcipue qui in mente consummantur.

4. *Subdivisio auxilii gratiæ sanctificantis.* — Denique gratiæ sanctificantis auxilium, ut in eodem Prolegomeno dixi, externum et internum esse potest. Verumtamen externum nullam peculiarem disputationem requirit, sed simul cum interno obiter declarabitur. Agendum ergo nobis est in hoc libro et duobus sequentibus de internis gratiæ sanctificantis auxiliis : nam in præsentibus libro rationem communem, seu substantiam hujus auxilii et species ejus investigabimus et explicabimus; in duobus vero sequentibus, de illius potestate sufficienti, efficacia et cum libero arbitrio concordia dicemus.

## CAPUT I.

QUID SIT, ET QUOTUPLEX INTERNUM GRATIÆ AUXILIUM.

1. *Assertio prima.* — *Quid nomine auxilii gratiæ significetur.* — Quamvis interna gratiæ auxilia non possint exacte cognosci, nisi ad singulas earum species in particulari descendendo, nihilominus necessarium duximus nonnulla, quæ illis fere omnibus communia sunt, præmittere, ut ita deinceps quæ singulorum sunt propria facilius explicemus. Primo ergo supponimus nomine auxilii gratiæ significari aliquod donum supernaturale gratiæ homini collatum, quo aliquo modo ad bene operandum juvatur. Res autem ipsa ex dictis in duobus libris præcedentibus petenda est : nam ibi ostensum est contra Pelagium non posse hominem sancte vivere sine dono gratiæ Dei; hoc enim donum, prout juvat hominem ad recte operandum, auxilium vocatur; et quatenus non est debitum naturæ, sed supra ordinem ejus, supernaturale dicitur. An vero sit supernaturale quoad substantiam, vel quoad modum tantum, infra videbimus. Et eadem ratione dicitur gratiæ homini collatum, quia cum sit supra naturæ ordinem, non est naturæ debitum. Neque etiam potest esse ex merito ipsius naturæ, ut contra Semipelagianos definitum est, ut supra vidimus, et libro sequenti dicitur ex professo. Ideo ergo hoc auxilium vocatur gratiæ, quia gratuito datur. Dixi autem non esse debitum ex merito ipsius naturæ, quia ex merito prioris gratiæ seu auxilii debitum esse potest subsequens auxilium, et nihilominus illud erit auxilium gratiæ, quia erit gratia pro gratia. Quia vero necessario sistendum est in aliquo primo auxilio, illud omnimodo oportet esse liberalis gratiæ, ac subinde tota collectio auxiliorum quæ cuilibet homini conferuntur, est gratia, id est, in aliquo primo auxilio omnino gratuito fundata.

2. *Assertio secunda.* — *Auxilium internum gratiæ proprie dictum est aliquid creatum.* — Secundo, dicendum est auxilium internum gratiæ, saltem proprie sumptum ac rigore, esse aliquid creatum, non quod per propriam creationem fiat, id enim necessarium non est, ut postea de gratia habituali dicemus, sed quod aliquid sit extra Deum, ut ab eo factum ac participatum. Et sic est certissima assertio indefinite et absolute sumpta; quia Scriptura loquitur de donis gratiæ, ut significet esse ef-

fectus gratuitos divinæ potentæ, quod maxime de illis, quæ dantur ad nos juvandum ut sancte vivamus vel operemur, intelligit, ut constat ex illo Ephes. 4: *Unicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi, propter quod dicitur: Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, et dedit dona hominibus;* et Rom., decimo secundo: *Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, quibus locis, licet videatur loqui de ministeriis vel gratiis gratis datis, sine dubio involvit auxilia gratiæ gratum facientis. Et plura alia, quæ in Prolegomeno tertio allegavimus, probando dari in nobis gratiam creatam, et ex sequenti assertione evidenter etiam monstrabitur; ostendemus enim auxilium gratiæ esse aliquid nobis inhærens, quod esse non potest nisi sit aliquid creatum. Denique supra ostensum est dari in nobis quosdam actus supernaturales, qui necessario debent esse creati, cum sint actus vitales: sed in his actibus necessario includitur auxilium aliquod intrinsecum, saltem quoad essentialiam dependentiam quam a Deo habent. Deinde infra ostendemus multa esse auxilia necessariis ad bene operandum esse actus vitales nostros. Ergo necesse est esse aliquid creatum.*

3. *Intelligenda assertio indefinite.* — *Dubium an aliquod auxilium sit etiam increatum, puta ipsemet Spiritus Sanctus.* — *Resolutio.* — *Rectius dicitur adjutor, quam adjutorium, et auxiliator, quam auxilium.* — Dixi autem assertionem esse certam indefinite et absolute sumptam, quia quod aliqua, et plura auxilia gratiæ sint dona creata, sine dubio est de fide, ut in sequenti assertione probabitur. An vero aliquod auxilium sit etiam increatum, sub controversiam theologiam cadit: nam Spiritus Sanctus ipse, prout immediate nos adjuvat ad aliquos actus, potest etiam denominari auxilium gratuitum et increatum. Sicut sacra Scriptura vocavit mulierem adjutorium hominis simile viro, Genes. secundo; melius vero et proprius vocatur Spiritus Sanctus adjutor noster, quam ipsum adjutorium, nam ab adjutorio quod nobis præbet, extrinsece denominatur adjutor, sicuti a creatione creator; ergo ipsum adjutorium, in rigore sumptum, aliquid creatum est, ab ipso Deo promanans, et ideo in Scriptura solent illa duo distingui: *Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum, et terram, Psalm. 113; et: Deus, in adjutorium meum intende; et: Invocavi Dominum ut non derelinquat me in adjutorio, Eccles., quinquagesimo-primo. Distinguitur*

ergo adjutorium ab ipso Deo tanquam aliquid dandum ab ipso Deo. Eodem modo loquitur Scriptura sacra, ut Psalm. 49: *Mittat tibi auxilium de Sancto;* et Psalm. 120: *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. Auxilium meum a Domino.* Propter hæc igitur dixi in assertione, auxilium internum, proprie sumptum, semper esse aliquid creatum, quia si nomen *auxilii* extendatur ad omne supernaturale principium nos adjuvans ad sanctam operationem, potest in latitudine auxiliorum dari aliquod increatum; sed de illo dicimus improprie vocari auxilium, cum sit ipse principalis adjutor; ideoque de internis auxiliis, proprie ita vocatis, sine limitatione dicimus esse aliquid creatum, in quo, ut video, nulla est dissensio inter Catholicos. De illo vero puncto, an interdum principium nos proxime adjuvans ad actus supernaturales sit increatum, solet esse aliqua controversia, quam infra in hoc libro et sequentibus tractabimus.

4. *Assertio tertia.* — *Internum gratiæ auxilium est accidens potentæ rationali inhærens.* — Tertio dicendum, auxilium internum gratiæ esse creatum accidens, potentiis animæ, præsertim voluntati et intellectui inhærens. Hæc conclusio intelligitur, sicuti præcedens, de propriis auxiliis gratiæ modo ibi explicato, et sic est certa, et extra omnem controversiam. Et imprimis probari potest ex his quæ diximus de actibus gratiæ: nam illi sine dubio sunt dona Dei nobis inhærentia; ergo necesse est auxilia illis intrinseca nobis inhærentia. Item Scriptura explicat sæpe hæc auxilia per verba significantia actus vitales, ut sunt vocare, audire, et similia. At vero hi actus necessario sunt nobis inhærentes, ut per se constat; ergo. Assumptum patet ex illo Joan. sexto: *Omnis qui audit a Patre et didicit, venit ad me:* audire enim et discere actus vitæ sunt et mentis. Item dicitur ibidem: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum;* nam tractio per actus vitæ et effectus fit, ut Augustinus exponit, et communiter Patres infra citandi. Item vocatio sancta, de qua Paulus loquitur 2 Timoth. 1, quam etiam celestem appellat, Hebr. 3, Philipp. 3, 14, supernam, et 2 Petr., 1, 10, certam, ac frequenter Scriptura loquitur, in mente auditur et recipitur; unde est illud Matth. 13: *Qui habet aures audiendi audiat,* et Psalm. 94, et ad Hebr. 3: *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, etc.,* et ita etiam in mente recipitur. Hæc autem maxime pertinent ad gratiæ auxilia, ut postea